Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8999
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Et dum sta(ret) p(er) acutum. s(an)c(tu)s potitus amplius loquebatur. Tunc imp(erato)r dixit. Ecce uenier
deus tuus! liberat te de hoc acuto. Tunc eleuatis oculis suis. ad celum! s(an)c(tu)s potitus dixit.
Pater altissime creator celi (et) terre. cum unico filio tuo d(omi)no n(ost)ro ih(es)u xp(ist)o! iube acutum
istud de sup(er) me tolli. (et) in caput antonini infigi. Et statim angelus adueniens. tulit de s(upe)r
caput potiti s(an)c(t)i acutum! (et) infixit sup(er) caput antonini imp(erato)ris. Et fixo acuto. clamab(at)
antoninus imp(erato)r dicens. Miserere mei serue d(e)i. modo cognosco. quia deus tuus
satis poterit me liberare. de hoc acuto! quia ualde cruciat(ur) anima mea. S(an)c(tu)s potit(us)
dixit. Dii tui q(ua)re te non liberant! sicut (et) d(omi)n(u)s m(eu)s ih(es)c xp(ist)e me liberauit? Populus au(tem)
magna admiracione clamab(at) dicens. O fidem in hunc infante(m). qui exsupat ydola! et ira(m)
o(mn)is qui illis credunt. Imp(erato)r clamans dicebat. Miserere mei adolescens! quia morior.
S(an)c(tu)s potit(us) d(ixit). Non morieris sup(er) illud acutum. nisi uenerit filia tua! non te laxabo de isto acu
to. Magna enim turba erat. ut omnis senat(us) tristaretur. Tunc uenit filia ei(us) no(m)i(n)e agnes!
cadens ad pedes sancti potiti dicens. Baptiza me in nomine ih(es)u xp(ist)i quem tu adoras. Et
baptizata est coram deo (et) angelis eius. Tunc orauit sanct(us) potitus. (et) sublatus est acutus
de capite. antonini imp(erato)ris! et leuauit uocem suam imp(erato)r antonin(us) dicens. Gr(ati)as ago t(ibi)
d(eu)s apollo. (et) deus arpane. et arrianus. minerua. qui liberasti me de hoc acuto. Tunc
iratus antoninus iussit sancti potiti lingua(m) amputari. et oculos eius pungi! (et) incisa
lingua. sanctus potit(us) benedicebat d(omi)n(u)m dicens. Deus iudiciu(m) tuum re. d(a). (et) i(usticiam). f(ilio). r(egis). Et iterum.
Benedicam d(ominum). in o(mni). t(empore). s(emper). l(aus). e(ius). i(n). o(re) m(eo). Q(ui)d est imp(erato)r? quia lingua(m) meam amputasti! putabas me
non posse loqui. aut tecum certare? Ecce exsupauit te deus meus. Quid adhuc es factus
in me? Imp(erato)r confusus est in o(mn)ib(us). uidens se e(ss)e supatum! (et) uidens quia nil possit
facere. Sanctus potitus dixit. Non me poteris exsupare nequissime imperator! nisi
gladio caput meum feceris amputari. Tunc imp(erato)r gaudio repletus! iussit eum de
collari. Et cum duceret(ur) ad decollandum! s(an)c(tu)s potit(us) dixit. Deprecor te imp(erato)r! ut ubi
petiero ibi me tu iubeas decollari. Et p(er)duxerunt eum in locum. qui appellatur apu
lya. ubi dicit(ur). inter sentianum. (et) lunianum. Decollatus est au(tem) s(an)c(tu)s potit(us) sup(er) flum(en).
quod dicit(ur) calabyus! et uisus est sp(iritu)s eius sicut columba. (et) ambulauerunt ad corp(us) ei(us).
"dieb(us)" (et) custodierunt eum trib(us)" (et) sepelierunt eum. Martyrizatus est au(tem) s(an)c(tu)s potit(us). iu. id(us) on(as)
Ia(nuarii). annoru(m) enim erat. xii. Regnante d(omi)no n(ost)ro ih(es)u x(ist)o. Cui e(st) h(onor). (et) g(loria). i(n). s(ecula) s(eculorum) a(men). E N.

F id(us) Ian(uarii) HEC. Vita s(an)c(t)i Hylarii pict(auensis) epi(scopi).

[H]ILARIUS Beatus hylarius. Pictauoru(m) ep(iscopu)s.
regionis aquitane oriundus fuit! que ab oceano britannico fere septuaginta
mil(ibus) s(e) iungitur. apud gallicanas familias nobilitatis lampade non obscu
rus immo magis p(re)ceteris gr(ati)a generositatis ornat(us)! nitore pectoris abdito quasi
refulgens lucifer inter astra p(ro)cessit. Cui(us) cunabulis tanta sapiencia p(ri)mitiua lac
tabatur infa(n)cia. ut iam tunc potuisset intelligi xp(istu)m in suis causis p(ro) obtinenda
uictoria necessarium e(ss)e militem uidisse p(ro)pagari. Denique coniugem habens (et) filiam. ita ple
nitudine d(omi)ni uenerabiles animos ecclastice regule tradid(it) informandos! ut adhuc